Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMA

mors neq̃ vita neq̃ angli neq̃ principatus neq̃ potestates neq̃ virtutes neq̃ instancia neq̃ futura neq̃ fortitudo neq̃ altitudo neq̃ profundum neq̃ creatura aliqua potit nos separare a caritate dei que est in christo ihesu domino nostro. IX

Veritatem dico in christo non mentior testimoniũ mihi phibente conscia mea in spiritu sancto quo tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Optabam ego ipe anathema esse a christo pro fratribz meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelite quorũ adoptio est filiorũ dei et gloria et testamentum et legis latio et obsequium et promissa quorum sunt patres et ex quibus est xp̃s secundum carnem qui est super omnia benedictus in secula amen. Non autem quod exciderit verbum dei. Non enim omnes qui sunt ex israel hi israelite sunt neq̃ qui semen sunt abrahe omnes filii. Sed in ysaac vocabitur tibi semen id est non qui filii sunt carnis hi filii sunt dei. sed qui filii sunt promissionis estimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est secundum hoc tempus veniam et erit sare filius. Non solum autem illi. Sed et rebecce ex uno concubitu habens duos ex ysaac patre nostro. Cum enim nondum nati essent aut aliquid egissent

bonum aut malum ut secundũ electionem dei propositum manet non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior seruiet minori sicut scriptum est. Iacob dilexi. esau autem odio habui. Quid ergo dicemus. Numquid iniquitas est apud deum. Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui miserebor et miserebor cui misereor. Igitur non volentis neq̃ currentis sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipm excitavi te ut ostendam in te virtutem meam et ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cui vult deus miseretur et quem vult indurat. Dicis itaq̃ mihi. Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistet. O homo tu quis es qui respondeas deo. Numquid dicit figmentum ei qui se finxit. quid me fecisti sic. An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam. Quod si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum. ut ostenderet divitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriam. qui et vocauit nos non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus. sicut in osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam. et non dilectam meam dilectam meam. et non misericordiam consecutam misericordiam consecutã.